

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Amalechita.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

106 DIALOG. SACRORUM

equidem te mihi iam placere, quam si divinum Aggre-
esses genius. Sed vetant satrapæ Palæstini, te dolor
prælium secum inire. Quamobrem mane, ubi
diluxerit, proficisci sane una cum tui dominii
servis, qui tecum venerunt. *D.* Evidem inviti
illis militare nolim: parebitur.

SENTENTIA.

Non ab re suspectum est perfugarum contra suorum auxilium.

AMALECHITA. 2 Reg. 1.

ARGUMENTVM.

Amalechita quidem Davidi necem Sauli
nunciat, cuius necis autorem ipse se esse
dicit, eamque ob rem David eum jubet
interfici.

David, Amalechita.

Video quendam huc venientein scissa veste, &
capite insperso pulvere. Haud temere est,
nimirum aliquem sinistrum nuncium affert. Un-
denam ades tu? *A.* Ex exercitu Israëlitarum
evasi. *D.* Quid actum est? eloquere. *A.* Fu-
gerunt milites e prælio, multi e vulgo ceciderunt:
Saulus quoque & Jonathan ejus filius occubue-
runt. *D.* Qui scis Saulum & Jonathānem occu-
buisse? *A.* Cum forte venissem in Gelboem
montem, video Saulum innixum hastæ, cui cur-
rus & equitatus jamjamque imminebat. Respexit
ille, & me viso: Huc ades, inquit. Accessi. Tum
ille. Quis tu es? Amalechita, inquam ego.

Aggre-

Aggredero me, inquit, & interfice, nam magno
ni, tē dolore discurtior, nec adhuc possum emori. Hic
e, ubi ego quid agerem? videbam non victum post
omini tām graveū casum: itaque interemi, abstulique
coronam de capite ejus & armillam de brachio:
quæ tibi affero, ut vides. *D.* ^{a)} Heu calamitosa
clades, heu lugubre prælium, o facinus audax!
Cujas es? *A.* Filius sum advenæ cujusdam Ama-
lechitæ. *D.* Te ne ergo noui esse veritum ista
impura manu perdere unctum Jovæ? Tu juvenis
invade hominem, neça: merito moreris, & tua
indicio peris, qui te de Rege imperfecto jactaveris,

SENTENTIA.

*Si potentes sic traharent eos, qui ipsis mortem
aut malum inimicorum, tanquam rem lætam, num-
ciant, ut Amalechitan hunc tradidavit David: aut
si saltem hujusmodi nuncios adversarentur: minus
auderent affentatores.*

NATHAN. 2 Reg. 12.

ARGUMENTVM.

Nathan Davidem jussu Jovæ ficta ad rem
narratione simili, ita prudenter adulterii
homicidiique arguit, ut ipse David contra
sémetipsum ferat sententiam.

Nathan, David.

*D*avid, duo homines erant in quadam urbe, al-
ter dives, alter pauper. Dives ovibus & ca-
pris bobusque abundabat: Pauper unam omnino
habet.

^{a)} Singularis virtus Davidis, qui lugat hostem,

